

/ Reverendissime et Clarissime Domine. Gratulor tibi pium votum  
a Deo sine dubio inspiratum, serviendi Domino in humilitate pae-  
clarissimi Ordinis. Nec solum gratulor, sed etiam invideo tam fe-  
licem sortem. Utinam mihi liceret, dimisis turbis, in montem as-  
5 cendere. Sed unusquisque donum suum habet à Deo: unus sic, alius  
autem sic, ut Apostolus loquitur. Illud autem cum Sapiente admoneo,  
ut animum tuum ad tentationes praepares, et de perseverantia serio  
cogites. Respondeo per inclusas litteras ad epistolam Domini Va-  
lentini Leuchtii, et permitto iudicio Patrum Societatis Iesu totum  
10 negotium. Eas litteras fidei tuae commendo. Vale, sacerdos optime,  
mei memor in sanctis precibus tuis. Capuae die 14 Augusti 1602.

[ Fuligatti, Epp. famil. XXVII]